



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

121. Ex Libro XI. Dictvm Acatij Amidæ ciuitatis Episcopi, ad clericos suos,  
cùm audiret Romanorum milites, multos captos Persarum Christianos  
circiter 7000. fame macerare. Cap. 16.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

## R E X.

*Hunc equidem meritò crudeli morte necandum,  
Extremo dignum supplicioq̄<sub>3</sub> putem.*

## BENNIAMIN.

*Ergo homo qua dignus pœna est, qui deserit ipsum,  
Qui fouet & seruat cuncta regitq̄<sub>3</sub> Deum.  
Quiq̄<sub>3</sub> Deum ex seruo simili sibi fecerit vno,  
Atq̄<sub>3</sub> Deo soli debito honore colat.  
Hunc dirus tantum tormentis inde Tyrannus  
Occidit varijs excruciatq̄<sub>3</sub> modis.*

121. EX LIBRO XI. DICTVM A-  
catij Amidæ ciuitatis Episcopi, ad cleri-  
cos suos, cùm audiret Romanorum mi-  
lites, multos captos Persarum Chri-  
stianos circiter 7000. fame ma-  
cerare. Cap. 16.

**V**iri fratres, Deus noster nec discis, nec  
calicibus opus habet. Nam neq̄ come-  
dit neq̄ bibit: & quia multa vasa aurea  
& argentea Ecclesia nostra habet, conuenit ex  
his liberari exercitum captiuorum, & egen-  
tibus cibum offerri.

*Detinuit miles Romanus Perside septem  
Sanctorum seuus millia capta virum.*

Hos

Hos ubi funesta crudelis morte necaret,  
 Acatius clero talia verba facit:  
 Non opus, ô fratres, calices disciq, potenti  
 Sunt Domino, quoniam nil edit atq, bibit.  
 Aurea sunt nobis argentea pocula multa,  
 Legitimus quorum est vsus in aede Dei.  
 Liberet his fratres captos Ecclesia nostra,  
 Conuenit, & gratos offerat inde cibos.

122. THEODOSIUS IMPERATOR  
 iunior interrogatus, quare nullum  
 se ledentium morti subijceret,  
 respondit. Cap. 17.

**V**tinam esset mihi possibile ad vitam etiam  
 mortuos reuocare.

Morte Theodosius cur non puniret acerba,  
 Quæsitus, qui se ledere sæpe solent.  
 Non mihi mors cordi est, multos mihi morte perem  
 O liceat vitæ restituisse sanos. (ptos

123. ATTICVS EPISCOPVS  
 Constantinopolitanus trecentos solidos  
 mittens Calliopio Presbytero  
 Ecclesiæ Nicænæ,  
 ita scripsit. Cap. 2.

**S**uscipe hos trecentos solidos, & expende  
 illis, quos petere pudet, & non eis, qui propter